

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Commentaria Vetustissima & profundissima Super  
Canticvm Canticorvm Salomonis Qvod Hebraice Dicitvr  
Sirhasirim**

**Wolbero <de Sancto Pantaleone>**

**Coloniae Agrippinae, 1630**

Licentia

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10027**

## Approbatio

**E**T si plurimi doctissimi suis lucubrationibus, suauissimum illud sponsi & sponsæ Epithalamium (quod vulgo præ sui excellentia Canticum Cantorum inscribitur) illustrare conantifuerint, imo Ecclesiam Dei sponsam illustriorem eo ipso reddiderint; hoc etiam in genere antiquissimum scriptorem D. VVolberonem Abbatem S. Pantaleonis excelluisse, dum eam perlegerem, facile animaduerti: vtpote qui per calatum scribae velociter scribentis ita subtiliter, simulq; dilucide, & in modum cathene coherenter, profundum istud diuini amoris reseruauit cellariam, vt merito dolendum fuerit, tanto tempore clauem illam diuine sapientie, à VVolberone repertam, rubigine obductam iacuisse defossum. Quare tantum abest ut aliquid sacris literis, vel moribus in eo contineatur contrarium, vt potius hoc auro nostro, labore Fr. Henrici Grauiensis Benedictini ab omni vetustates ærugine, expurgatum, dignissimum indicauerim, quod typis euulgatum Religiosorum omnium manibus teratur & cordibus inscribatur, Datum Col. Agrippinae Anno 1629. 27. Augsti.

ita esse testor

F. Io. Philippus Fridt. ord. Prædicat.  
in Conuentu Colonensi. S. Theol. Lector.

---

## Licentia

**C**ommentaria Venerabilis viri Domini VVolberonis Abbatis S. Pantaleonis in Canticum Cantorum Salomonis, à Theologis diuersis, diligenter perfecta & approbata, vtpote quæ nullo fidei Catholice, doctrinae SS. Patrum, vel Conciliorum decretis repugnant, quin potius in eruendo sacrae scripturae genuino sensu, magnam lectori adferri possint utilitatem, vt typis mandari possint, permitto. Colonia Agrippina Anno 1629. die 29. Augusti.

Henr. Francken Sierstorffius  
SS. Th. D. Gymnasij Laurentiani Re-  
gens Librorum Censor.

Licentia